



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 28. Roberti Stephani Regii Typographi obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

tica Calvinianæ impietatis detecta: hic liber Anno post Christum natum millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto Parisiensibus literis excusus per Facultatem Parisiensem Theologicam eodem anno censura notatus fuit, cui Author sese etiam subjecerat. V. Denique edidit opus, quod res Ecclesiasticas haud concernens de mensura corporum liquidorum, necnon de æqua ponderum, ac mensurarum reductione agit.

§. XXVIII.

Roberti Stephani Regii Typographi obitus.

Minime silentio prætereundus videtur celebris Robertus Stephanus Typographus Regius, qui ob plurima opera sese de literaria Republica optime meritum reddebat. Filius is erat Henrici, qui omnium hujus nominis Typographorum Patruus Parisiis e regione *Scolæ juris* habitabat, eoque fati functo relicta illius uxor Simoni Colinio cuidam insigni Typographo Parisiis nupsit, tresque filios Robertum, Franciscum, & Carolum suscepit, quorum primus Colinii Vitrici sui magisterio usus huic arti operam dabat: postea vero Badii Ascensii alterius celebris Typographi Filiam sibi uxorem seligebat, toto stu-

Sæcul. XVI.
A. C. 1559.

*Lib. de vita
Arch. im-
press. Lon-
dini in 80.
Thuan. l. c.*

Sæcul. XVI
A.C. 1559

dio præcipue in id incumbens, ut Hæbraica, & Latina Biblia ederet: quapropter Robertus, postquam a Francisco I. Rege pro utraque hac lingua Regiam Typographiam acceperat, præ ceteris primus fuit, qui Biblia versiculis distincta vulgabat: verum brevi Sorbonicorum Doctorum indignationem sibi sat funestam accersebat, atque ab iis mortuo Francisco I. vehementer laceflebatur, unde has vexationes pertæsus circa Annum Domini millesimum quingentesimum quinquagesimum primum Genevam secessit, ubi Calvinii hæresim professus in præfatos Doctores impotentibus furiis debacchabatur, atque ad eos scriptum latine, & Gallice editum trans mittebat. Ceterum Robertus accusabatur, quod ex regia Typographia literas abstulerit: interim ut ut res se habuerit, id saltem verum audit, quod Paulus Stephanus ejus Filius quædam Græcorum characterum archetypa sibi, ut fertur, relicta accepto mille aureorum pretio Genevensi Magistratui pignori dederit: ea vero postea, cum id Clerus Gallicanus peteret, Ludovicus XIII. Franciæ Rex Anno Domini millesimo sexcentesimo undecimo reluerit. Porro Robertus Genevæ agens multa, eaque elegantissima opera ad juvandam rem literariam propria indu-

industria edebat, suumque *latine lingue* Sæcul. XVI.
thesaurum duobus tomis in forma ma- A.C. 1559.
 jori vulgavit, quod opus in hoc erudi-
 tionis genere longe præstantissimum,
 postea iterato prelo Lugduni Anno mil-
 lesimo quingentesimo septuagesimo se-
 ptimo excusum prodiit, hæcque editio
 ceteris magis celebratur. Obiit tandem
 Robertus Genevæ hoc anno die septima
 Septembris anno ætatis suæ quinqu-
 gesimo sexto, tresque reliquit Filios,
 Henricum, Franciscum, & Robertum.

§. XXIX.

Joannis Christophorsoni mors.

Inter ceteros, qui varios Scriptores Huel. de
 Ecclesiasticos in diversa idiomata claris Inter-
 transferebant, minime reticendus est pr. l. 2.
 Joannes Christophorsonus religione Ca- p. 177. &
 tholicus, ac natione Anglus, qui hoc, 178.
 vel juxta alios in priori anno deceffe-
 rat. Hic Eusebii Historiam ac Socratis,
 Sozomeni, & Theodoreti libros ex Græco
 in Latinum transtulit, eaque opera Ge-
 nevæ Anno millesimo sexcentesimo un-
 decimo in forma majori impressa pro-
 dierunt. Ceterum, quamvis valde in-
 dustrius, doctusque Vir audiat, ejus-
 dem tamen versiones parum celebran-
 tur, eoquod stylo minus puro, nimium-
 que prolixo usus variis laciniis male
 confutis, verbisque latinæ barbariam